Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 178
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 391.

" pro me Andream presbyterum de Tulna
" devocius pro remuneracione divina sint
" implorantes Amen.

Guilielmus Durandus; alii Durante, natione Gallus Narbonensis; Episcopus Mi,natensis, sacrarum litterarum, ac juris sci,entia clarus obiit in insula Cypri anno 1296. Vide Caveum T: II. p: 321. et Que,tif Script: Ord: Praed: T: I. p: 480.

Cod: CLXXVIII.
Chartac: 4. Saec: 15.

2.
2.1.

1.

Tractatus de conficiendis epistolis.

7a – 27a

Tractatus de conficiendis epistolis. Incipit:" Epistolarum officium id voluit " esse Cicero." Imitationis causa plures ex,hibentur epistolae Ciceronis, Leonardi Are,tini, Philelphi, aliorumque; notae quo,que interlineares, et in margine vix non ad finem usque occurrunt. In fine legitur:" Finis est illius Cice,
" ronis B. S. p. id est:" Benedictus diet,
" trichspurger de pfarkirihen, ut ex numero sequenti patefiet.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 178

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 392.

Augustini Dathi liber de conficiendis epistolis.

(a) vel: domini.

29a–75b

2

Augustini Dathi liber de conficiendis epi,
stolis. Titulum praefert: "Augustini da,
"ti Senensis oratoris primarii ysagogicus li,
"bellus pro conficiendis epistolis ad Andre,
"am dori(a) Christofferi filium foeliciter
"incipit." Initium est: "Credimus jam
"dudum a plerisque viris etiam disertis,
"simis persuasum." Iste quoque liber
notis marginalibus, et interlinearibus est
instructus. In fine addidit librarius:
"Augustini dati Senensis oratoris prima,
"rii isagogicus libellus ad Andream dori
"Christofferi filium expletus est feliciter
"1.4.8.6. feria 2da post judicare per me
"Benedictum dietrichspurger de pfar,
"kirichen. Sequuntur alique elegantie
"super Augustinum datum". An iste li,
"ber contineatur inter Dathi opera edita
Senae, 1503. et Venet. 1516. Fol. me latet.

Augustinus Dathus natione Senensis, Philosophus, et Orator insignis obiit aõ 1479. Vide Caveum in App. p. 119.

75v

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 178

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 393.

3

Elegantiæ dictionis.
76a–82b

(a) /: regula sive præcepto.

Titulus harum elegantiarum est:" Incipi-,,unt elegancie sive doctrine ad constru-,,tionem octo partium orationis deservi-,,entes que ad ornatum modum scribendi et proferendi proficiunt". Incipiunt:" Pri-,,ma (a) quod oratio non decrescat." Non dubito, quin hae elegantiæ Augustinum Dathum habeant authorem ex iis, quæ ha-,,bet Placidus Braun in Notit: hist: litt: de libris &c: Part: II. pag: 77.

4

Tractatus bre-,,vis de modo com-,,ponendi epi-,,stolam.
90a – 100a

Tractatus brevis de modo componendi epistolam in duas partes divisus. Inci-,,pit:" Nudiustercius dum gramatellos in artificiali eloquentia revera non parum deficientes compassionis oculo intuerer." Continet maximam partem idiotismos latinos absque ordine collectos.

5

Buridani cri-,,minatio de Joanna Philip-,,pi Pulchri uxore.
101a – 102b

Buridani criminatio de Joanna Philip-,,pi Pulchri uxore, seu Commentariolus historicus de adolescentibus Parisiensi-,,bus, per Buridanum ab illicitis cujus-,,dam Franciæ Reginæ amoribus retractis. Hic ipse est Codex ms:, cujus meminit Krausius, Umständliche Bücherhistorie, pag: 186. et ex ipso Baylius, Dictionaire historique, et critique voce Buridanno,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 178

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 394.

"ta a, pag: 709. ubi de facto Buridani, quod
in subjuncto commentariolo narratur, ait:
" "Ce fait etoit d'une notorieté bien publi,
" que, du moins dans les päis ètrangers,
" puisque dans la Saxe, où vraisemblable,
" ment Buridan, banni de sa patrie pour
" raison de ses dogmes, n'avoit guères se,
" journé sur la route de France a Vienne
" en Autriche, un Maître ex Arts de l'Uni
" versitè de Leipsic composa en 1477 un
" petit Ouvrage sous le titre de Commenta,
" riolus Historicus de Adolescentulis Pari,
" siensibus; per Biridanum (a) natione Pic,
" cardum ab illicitis cujusdam Reginæ Fran,
" ciæ amoribus retractis. M: Krause qui
" p: 186 de son Journal Literaire Ale,
" man, imprimé in 8. à Leipsic en 1715.
" parle de cette Piéce comme étant un
" Manuscrit de la Bibliothéque du Mo,
" nastere de Seitenstadt (b) dans la hau,
" te Autriche, devroit bien, soit dit en
" passant, en procurer l'impression."
Cum opusculum hoc ad Baylii votum
prelo submittere non possim, illud sal,
tem exscribere non inutile duxi, tam
propter brevitatem, quam raritatem ope,
ris, typis, quantum scio nondum impres,
si.

"Buridanus Natione picardus per,
spicacis vir ingenii: dum in alma univer,
sitate parisiensi regeret in collegio No
vère (c) quod omnium collegiorum ibide
est maximum quamvis varios libros com,
posuerit ceteraque preclara facinora
sequacibus posterisque suis ad sempiter,
nam ejus memoriam statuendam reliquerit.

(a) Ita vitiose Krausius pro: Buridanum.

(b) Ita gallus pro: Seitenstetten

(c) Ita semper co,dex noster pro: Navarre; imo manus posterior illud nonnunquam mutavit in: Novera

Tamen aliis suis preclaris factis dimissis
solum memorie tradere dignum est Qua-
liter nephandam mulieris libidinem ce-
demque stultorum adolescencium atque
amatorum miserandam cladem atque oppres-
sionem mira calliditate prohibuerit. Nam
quodam tempore ad buridani aures lo-
quax fama, rumorque pervenit de regina
francie noverra (d) nomine qualiter ple-
rosque adolescentes parisiensis universita-
tis Studentes quos successive ad se jus se-
rat accessiri Quorum nullus nunquam ab
ea reverti visus est. Buridanus vero
(erat vir magnus, preditus solercia) ex
regine pallacii situ (quod super aquam
jacet) Studentum perdicionis causam
apud se recte rimatus est. Ut ergo ulti-
morum miserorum amancium submersio-
nem impedire posset ad hoc opportuno ve-
stimentorum ornatu regine curiam lusum
ingreditur. Dum autem sciophiludo (e)
certaret pluribus secum vario cursu labo-
rantibus laboraret ipse cunctis sedenior (f)
Cunctisque agilior et in corporis multi-
plici flexibilitate cunctis expedicior vi-
sus est, Regina vero noverra de pallacio
versus eandem curiam ad ambitum egres-
sa Buridani celeritatem miratur, tocius-
que ludi jocunda celebritas Non tantam
quantum solius buridani gracile corpus
ejusque agiles et veloces saltus reginam
delectare videbatur. Nullam autem majus
solacium noverra in regis mariti sui ab-
sencia posse habere credidit nisi ut quan-
tocius velocis saltatoris potiretur ample-
xibus. Nam qui corea veloces sunt eci-
am in amoris gingnasiis (g) expediciores
creduntur. Nec mora missa Nuncio buri-
danus vocatur ad regine pallacium Quo

(d) Esset hæc Joanna Regina Navarræ Philippi Pulchri Regis Franciæ conjux, Sipra Collegii Navarr: año 1304 Fundatrix.

(e) Fors: Scopiludo das Laufen mit dem Ziel.

(f) Celerior.

(g) gymnasiis.

veniente stratis per cuncta sedilia tapetis
atque celatis vasis multo auro argentoque
valgentibus (h) per mense ambitum proce,
,na ducenda ordine locatis optatus ama,
,tor gaudenter suscipitur. Cena vero va,
,rio cibo potuque apparato multiplici ser,
,mone diverso joco citharis resonantibus
in multam noctem splendide ac solemniter
deducitur. Cum vero longo dulcis Ka,
,thy /:?:/ indultum plaxda Venus utriusque
amantis corpora sorripere visa est innume,
,ris osculis ultro citroque datis sericastra,
,ta ingredi moliuntur. Sed ubi noverca
talibus gaudiis cum dierum atque noctium
spacio perusa fuisset atque libidinis ar,
,dore minuto et comunis infamie metu cre,
,scente Ne ejus scelere patefacte /o/ pulli,
cum sibi scandalum dedecus oretur /: ori,
,retur ?:/ feminee fraudis non expers buri,
,dano /: jam plerisque dudum consueverat :/
Necis horam his verbis nuntiat. Non tecon,
turbat /: bet :/ mi amator ut post gaudia sa/
ultimum spiritum reddere debeas. Nam
tu non solus hanc viam iturus es sunt
etenim nonaginta novem — (i) adolescen,
,tes, qui post meos amplexus sacane (K)
fluxus non potuerunt evadere. Non igi,
,tur te conturbet si post talia dulcia
experiris amara. Buridanus vero hujusce
malicie non ignarus jam dudum per suos
discipulos navim feno onustam disposu,
,erat quam geometrica altitudine ad fo,
,ramen illud /: quo Buridanus de regine
pallacio ad Secanam precipitandus esset /
poterat attingere tali itaque auxilio fre,
,tus ad regine minas lete atque hylariter
hys verbis respondisse dicitur / O serenissima

(h) fulgentibus.

(i) in margine ad ditum: priores

(K) Sequanae fluc, ,tus.

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 397.

domina o mea flamma o meus amor tuus
roseus aspectus tuus dulcissimus amplexus,
tuum tenerum corpus, meum animum tam
ardenter cupientem firmissimis cathenis
sibi ad perpetuam dileccionem colli=
=gavit Ut nulla mors tam aspera tam
ve esse possit quam eam tui amo=
=ris causa libentissime subire paratum
sum: ymmo si vivus a te separari de=
=beam nullam vitam scio mihi amplius
fore jocundam. Ut ergo in tuo amore gau=
=denter mori valeam de triplici prece in=
=clitissima domina me securum digneris
efficere. Pro quibus tuis preclariis benefi=
=ciis in altero seculo incessabilem amorem
eternis obsequiis velim rependere / Re=
=gina vero quamvis crudelem sibi cepis=
=set animum Buridani tamen verbis mi=
=tigata ita respondit o dulcisse ama=
=tor ex nullo amatorum non nullus unquam
tam amorosum tamque fidele cor mihi
habere visum /s/ est. Nullus unquam
tibi similis repertus est. Ea de causa
quicquid postulabis /: vita excepta :/
impetrabis. Si saltem mihi quoque mo=
=do possibile fuit tribuere. Ad hec Buri=
=danus respondit o clementissima ut me=
=um corpus ymmo non meum sed tuum
quo tui perusa es unquam in ripis Se=
=cane repertum fuerit honorifice sepul=
=ture constitui posset Vigiliarum atque
missarum celebracionibus pro animo /a/ tuo
/: tui :/ amore saucia: consequentibus facimus
peccuniam ad hoc necessariam sub brachio
mihi alligare velis. Primam oracionem offero
devotissime ad hanc peticionem Regina
magnum auri sacculum ejus camerie

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 398.

affuisse asseritur. Secundo petit ut aure,
,am cathenam quam in collo regina gesta,
,bat sui cervici appensa. velit membriali
quodam ipso inscius navem amplexus re,
,ducere: Quia Impetratam, nec terciam
,sibi peticionem recusare potuit. Dumorat
ut ante omnia dexteram liberam habere
possit, qua per foramen inclinatas aquam
secane benedicat ne quis malignus Spi,
,ritus vim quovis modo habeat, Dum
sic tercia vice expressa voce mediocriter
aquam benedicat In nomine patris. et filij
et spiritus sancti sui discipuli navi predic,
,ta foramen appropinquant ejus dexteram
firmiter arripiunt Dum regina tradit ipsi
trahunt atque ingens saxum aquam injici,
,unt ita quod magnus sonus aqua auditus
regine satisfaceret affectibus | Hec tamen
non contenta adhuc majorem desuper lapi,
,dem misit projicere ut si vellet surgere bu,
,ridanus non posset. Sed fideles discipuli
jocunda magistri liberacione vigilantissi,
,me potici |: potiti: | dulci quiete eorum tra,
,dunt corpora. Postero vero die buridanus
in suma suorum secretorum gratitudine
discipulorum Non levium personarum more
scelus regine revelare sed subtili quodam
versucij (l) non patefacere sed indubi,
,am suspicionem ponere curavit. Nam
emptis ferine omnibus aviculis que in
pontibus parisiis haberentur scripsit
hec verba Reginam noverram interfi,
,cere nolite timere bonum est si quis
consenserit ego non contradicam. Hys
verbis rutulis inscriptis et collo avium ap,
,pensis assutis et alligatis omnes volare di,
,misit Quas iterum cum aucupes una cum
rotulis cepissent atque doctoribus magistris

(l) fors: ver,
,sutia.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 178

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 399.

ceterisque Universitatis Suppositis verba
rutulorum ostendissent quisque legenci,
,um se dubitare dsferebat Utrum dicta
verba reginam interimendam an interemp,
,cionem ejus metuendam affirmarent.
Cum dubia de rotulis avium fama vagoni,
,more varie per omnem non modo uni,
,versitatem sed et civitatem parisien,
,sem vocilaretur Illud diu erat in dubio
factum est more omni ferre populo quod
Buridanus debet ille fuisse qui predicta
scripserit de quorum verborum intel,
,lectu et construccione interrogatus dici,
,tur respondisse satis lucidum scriptum
esse ut quisque acciperet prout suo libe,
,ret arbitrio Hec de Buridani solercia
ex comuni fama verba accepi Parisius /:
et presertim a quodam centenario qui
seneo confectus adhuc vivebat Anno domi,
,ni 1460 (m) qui dicebat se dum adhuc
adolescens esset buridanum jam matura æta,
,te vidisse In ecclesia vero sepultus est
buridanus /: ut ferrunt picardi studen,
,tes :/ de predicta usque in hodiernum
diem fecisse narrant narraciones (n)
pauperibus Ita quod omni die Veneris unum
albus franconicus (o) /: qui quatuor valet
denarios cuilibet venienti pauperi pro
ejus anima in elemosinam tradidit. Re,
,gina vero noverre Interitus silencio popu,
,lo quod literatus /:is /nihil relinquit aliud
nisi quod in collegio noverre pro predic,
,to scelere perpetuos census quibusque
studentibus instituerat qui horas canoni,
,cas pro ea in evum decantare astricti
,sunt. Hec et tanta de Buridano adolescen,
,lacionem comendabilis bonarum artium
sectatoris magister (p) Petri de Gottig,

(m) Sine dubio 1460.

(n) Forte: Lar,
,gitiones

(o) Moneta ar,
gentea. Vide
Cangium: Mo,
neta argentea

(p) l. i: ingratiam.

Petrus de Gotliggen.

"gen ex vago rumore in unum colligere co„natus sum In alma universitate lipczen„si Anno ꝛc 1471."

Criminationis istius de Joanna Philippi Pulchri uxore veritatem vel falsitatem de„fendere aut impugnare meum non est; eam post Gagrinum lib: 7. Hist: Gallia, et Joa: Launojum, Gymnasii Navarr: T: I. p: 13. etiam confutavit Molierius, Essais de Litterature T: II. p: 183.

Buridanus a Baylio et Fabricio Bethu„niensis Artesius, a Codice autem nostro Pi„cardus natione dictus, Guilelmi Occami di„scipulus, liberalium artium Professor Pari„siis, et Philosophus a Nominalium adver„sariis Lutetia pulsus floruit circa annum 1350. auctorque fuit requirendi ab Urba„no V. diplomatis, quo Villae Viennensi in Austria generale Studium omnium facul„tatum concessum est aō 1356. excepto theo„logico, quod aō 1384 addidit Urbanus VI.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 178
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 401.

6

Martini Breningarii Ortographia.

163a – 118a

Martini Breningnarii Ortographia, seu ut in calce dicitur, liber rhetoricalis. Cum hujus authoris nullum adhuc deprehenderim vestigium, operae pretium erit hoc opusculum accuratius inspicere. Dedicatio, quae praefaminis loco ponitur rubricam praefert: " Ad magnificum Virum dominum Teodoricum Maier frisingensem et eistetensem prepositum dignissimum Martini Breningnarii orthographia incipit foeliciter: " Tum prosequitur: " Quom soepe mecum cogitase /m/ Teodorice vir amplissime quonam pacto tibi maxime notum animum meum erga te facere possem: quo id facilius assequor mihi aliud non occurrit: quam si tuo in nomine quempiam laborem susciperem: qui literarum studiosis et ornamenti et utilitatis plurimum esse /t/ alaticius Nam majores nostri totos illorum animos si /2/ deditos sibi arbitrati sunt: qui sua causa aliquid cognicione dignum literis mandavissent. Quid autem pocius ad scribendum assumerem quam ea quae velut portae forent ac januae ad omnem latinitatem. Haec vero sunt quae in orthographia bene scribendi disciplina praecipiuntur. Cujus studium hac etate nostra usque adeo prolapsum est: Ut ne minimum quid illius vestigium apud homines nostros remansisse videamus. Atque ea quidem res profecto detegit tum inerciam nostram tum pudendam barbariem ac ruditatem. Quis enim doctus risum contineat. Quom optima et apud doctissimos homines diligentissime observata orthographiae precepta videat a scribentibus no-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 178

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 402.

"bis qui tamen literati videri cupimus non
dico negligi sed prorsus ignorari mea Sen-
tencia nemo satis doctus literati Sermonis
existimandus est qui nesciat quibus ista
in usa vocabulum versantur (a) Scriben-
da sint quae item diptongonda et quae aspi-
cianda quae literae quibus jungantur et
mutuentur subtrahentur aut interponan-
tur quae omnia non aliunde quam ex ortho-
graphia licet mutuari: Quare operepre-
cium fuerit quid hys de rebus doctissimi
viri Senserint ad cognicionem nostrorum
hominum reducere quo magis faciliusque
barbarie reposita non modo cetera capi-
ant verum eciam Scribendo eos maxime
sequantur Unde omnis latinitatis vera prin-
cipia manaverunt: Ego itaque praecellen-
tissime vir tuo nomine id mihi laboris puta-
vi subeundum esse ut et cognosceres quan-
ti de /te/ meo in animo facerem et lite-
rarum amatores tua causa aliquid utili-
tatis consequerentur. Suscipies igitur pro
tua in omnes doctos humanitate opusculum
hoc tuo foelici nomini dedicatum tanquam
testem meae perpetuae erga te voluntatis.
Eique (si dignum videbitur) legendi labo-
rem saltem gracia causa accomodabis.
Intelliget autem tua excellentia orthogra-
phiae recepta (b) /: quod sine arrogancia dic-
tum sit :/ a nemine Gramaticorum eo ordi-
ne atque compendio unquam pertractata
fuisse. Sed jam ad rem ipsam veniamus
ita exordium sumendo". Tum sequitur ip-
sum opus duabus constans partibus, qua-
rum prior pluribus capitulis praecepta tra-
dit orthographiae, altera de syllabis agit.
Concluditur in hunc modum: "Haec pauca
dum amplitudini tue prestantissime vir

(a) Sensus valde obscurus errore librarii.

(b) praecepta?

" et domine gratificari studui) mihi occur-
" rerunt que de orthographia dicerem et
" nomini tuo tanquam primitias industrie
" dedicarem / Nam quo te erudire cupiam qui
" scientiam singularem cum gravitate mo-
" rum mirifice conjunxisti Sed ut cognoscas
" te unum esse quem semper maximi faci-
" am et cujus causa sim omnia integre
" cupidissimeque facturus."

" finitur libellus rhetoricalis Anno domini 1486"

Authorem post Franc: Petrarcham, et Leon: Aretinum vixisse necesse est, quia eorum authoritate capitulo undecimo ni-titur.

7

Tractatus de conficiendis epistolis:

128a-172a

Tractatus de conficiendis epistolis secun-dum regulas Grammaticæ Rhetoricæ cum nonnullis speciminibus. Incipit: "Cumars
" epistolaris non solum illa (quæ puerorum
" est) sed quævis alia subordinetur rhe-
" torice.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 178

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27515

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)